ℭ Tollimur e medio fatis urgentibus omnes
20 Verse. '. . . crucis non imitaris opus'.
s. N. A. XVII, 357; Werner, Beiträge S. 80. 81. 200.

f. 23r II. ℭ Hic it et hec, redit hic; vadunt ambe, redit una.
Hec redit, hanc revehit; redit hic, secum vehit illam.
Vgl. Wattenbach N. A. XVII, 356.

ℭ Quod tres Herodes fuerint, Iosephus manifestat:
Primus, qui pueros necat et loca multa molestat.
7 Verspaare. '. . . lumen ademit'.

ℭ Dum mea me genitrix gravida gestaret in alvo,
5 Disticha. Mit dem Text in Anthol. Lat. ed. Riese 786, weniger mit dem bei Hauréau, Les mélanges poét. d'Hildebert p. 144, übereinstimmend.

ℭ Somnia proveniunt vacuis, plenisque vel illis,
Quos deus alloquitur, vel ab hoste dolos patiuntur,
Vel quibus, ut cupiunt, hic suggerit, ille revelat.
Crapula, premeditatio, languor et humor abundans
In somnis maculant: postrema duo sine culpa.

f. 23v I. ℭ Bis duo sunt, que corde tenus sub pectore misi:
Mors mea, iudicium, baratri nox, lux paradisi.

ℭ Mors optanda bonis, quia mors est vita bonorum
3 Verspaare. '. . . mortem geminavit'.

ℭ Ver, estas, autumnus, hyems secum omnia ducunt:
Hoc creat, hec format, hic legit, illa vorat.
Vgl. N. A. XVII, 379.

ℭ Peccasti: sane penam dabis, aut homo punit
Aut deus; esto prior: puni, ne puniat ille.

ℭ Sit tibi potus aqua, cibus aridus, aspera vestis
8 Verse. '. . . addicat iudicis ira'.
Gedruckt bei Hauréau, Notices et Extr. I 374 (11 Verse).

f. 23v II. ℭ Illa reviviscunt, que quondam viva fuerunt;
Vivere non possunt, que numquam viva fuerunt.

ℭ Quod deus est, scimus; si, quid sit, scire velimus,
Contra nos imus; scio quod sit summus et imus,
Ultimus et primus: satis est: hic stare velimus.

ℭ Quis, quid, ubi, quantum, cui vel cur, quomodo, quando
Quilibet observet anime medicamina dando.

ℭ Vi mentis sane mores puer excole mane! Prima.
Errasti crescens, convertere nunc adolescens! Secunda.
Florens hac hora vitam virtute colora! Tertia.
Moribus absque mora nona mundare sub hora! Quarta.
Mente deum recta cole vel modo curva senecta! Quinta.
Impiger exora salvari qualibet hora!